


Perg. 138

1





BENEDICTUS

P. P. XIV

AD FUTURAM REI
MEMORIAM

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

BENEDICTUS

P. P. XIV.

AD FUTURAM REI
MEMORIAM.

Quemadmodum Nobis in Suprema Sacrosanctę Ecclē-
się Catholice procuratione per ineffabilem Divinę
Bonitatis abundantiam constitutis, et assidue ad-
Laborantibus nihil obvenit gratius ac jucundius,
quam cum Collegia et Tempora eorum præsertim
Ecclesiasticorum Virorum, qui ad procurandam
eternam Christianorum salutem non solum per
spirituales Christianę pietatis exercitationes, et
verbi Dei prædicationem in Sacris Edibus, sed
per studia etiam Literarum, bonarum artium,
doctrinarum, disciplinarumque Sacrarum in
Gymnasiis, Scholisque ad Adolescentium maxime
institutionem pro viribus incumbunt, alicubi-

- 2 -

fundari atque erigi accipimus, ita maxima cum
animi nostri alacritate et voluptate omnes Apo-
stolici ministerii auctoritatisque nostrae partes
conferre satagimus, ut quantocius omnibus nu-
meris absolvantur, et, postquam absoluta in-
structaque fuerint, firmiter in futurum sub-
sistant. Sane alias ad carissimi in Christo
filii nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Ca-
tholici supplicationem dedimus ad Venerabilem
Fratrem Didacum Episcopum Calaguritanum
alias nostras in simili forma Brevis Literas
tenoris sequentis = Venerabili Fratri Didaco
Episcopo Calaguritano. Benedictus P. P. XIV.
Venerabilis frater salutem et Apostolicam Be-
nedictionem. Super nomine carissimi in
Christo filii nostri Ferdinandi Hispaniarum
Regis Catholici nobis expositum fuit, quod Johan-
nes Franciscus Manrique de Aranda, dum in
humanis ageret Praefectus vulgo Capitaneus Ge-
neralis, per suum, sub quo decessit, testamentum
suam pro fundatione Domus sive Collegii dilecto-

num filiorum Presbyterorum Regularium Societatis
Jesu in Civitate Victoria Diocesis tue, Calaguritane,
hereditatem reliquit. Hujusmodi autem funda-
tioni, cui major nobilium Civium pars adhaerebat,
uterque Clerus Secularis et Regularis ejusdem Ci-
vitatatis sese opposuit, quamquam sine rationabili
causa, tamen bo: mem: Episcopus predecessor tuus
ab eodem Clero in suas partes abductus, a Congre-
gatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.
Cardinalium negotiis Episcoporum et Regularium
preposita, in qua controversia et lis agitabatur,
requisitus, ita sua contraria informatione et vo-
to egit, ut eadem Cardinalium Congregatio super
proposito dubio dictae fundationis anno M D C C.
X L I V. rescripserit: Negative: Deinde Re-
scriptum hujusmodi sive Decretum dictae Congrega-
tionis Cardinalium ad memorati Cleri postulata
anno M D C C X L V. non solum per nostrum
Rescriptum Apostolica auctoritate nostra appro-
batum confirmatumque, sed controversis quoque
ac liti per Nos extinctis perpetuum silentium

-3-

impositum fuit, cum facultate etiam, ut Apostoli-
ce, in forma Brevis Literę expediri possent. Inter-
ea controversia ac lite in eo, ut premissitur, statu
permanente, cum Fraternitas Tua Sacram in ipsa
Civitate Victoria Visitationem de more perageret,
sicuti expositum fuit, nonnulli, qui fundationi
antedictę se opposuerant, veriti ne per Fraternitatem
Tuam, quam hac in re sibi contrariam, et fundatio-
ni prefate, studiosam suspicabantur, re ipsa fieret,
prodeuntes, debitam Episcopali dignitati tuę, reve-
rentiam obedientiamque perperam habuerunt.
Hinc factum fuit, ut relicta Sacra Visitatione, ad
Civitatem Salaguritanam reversus, laudatum Fer-
dinandum Regem de iis, quę in dicta Visitatione
sibi male acciderant, plenissime edocendum cu-
rasti. Idem autem Ferdinandus Rex sanientissi-
me existimans, negotium huiusmodi serio expen-
dendum, ad supremum suum Regium Castellę Con-
siliium remisit, a quo sane Consilio post diligen-
tem accuratamque rerum omnium discussionem,
opportuna consentaneaque tante casus gravita-

ti necessitatique regie, providentie, remedia adhibi-
ta fuerunt. Preterea ad futuras hac in re preci-
dendas seditiones inordinationesque, atque pri-
stinam pacem tranquillitatemque Populo Civi-
busque omnibus dicte Civitatis Victorie, restituen-
dam, nullum aliud magis aptum idoneumque
consilium visum fuit, quam ut fundatio Domus
et Collegii Societatis Jesu, quemadmodum alias
ipsa rerum experientia similibus in rebus per
Hispaniarum Civitates evenientibus comproba-
vit, quanto citius urgeretur et perficeretur.
Hicce igitur rationum momentis impulsus idem
Ferdinandus Rex tam Fraternalitatis sue, quam
ipsorum Civium sententiam iudiciumque super
memorata fundatione, expostulavit; et cum ac-
cepisset ab utrisque, eam fundationem, nedum
nullum Reipublice, in Temporalibus prejudicium
afferre, quin imo maximo animarum spiritua-
li commodo, et utilitati futuram, atque ipso-
rum Civium seu Decurionum consensum libenter
prestari; necnon supplicationes quoque addi,

-4-

ut idem Rex suum itidem rei tam proficue ac
salutari consensum adjuvens, pro sua regiam
auctoritate ac patrocinio ad fundationem prefa-
tam continuo inchoandam, provehendam absol-
vendamque adniteretur. Capronter piissimus
Rex Catholicus, postquam suum interposuit per
Regium Decretum hac super re consensum, vo-
lens obsecundare justis votis supplicationibus-
que sibi tam a Fraternitate Sua, quam a suis
Subditis etiam invicem porrectis, atque insimul
pacem concordiamque reddere, Nobis suo nomi-
ne supplicari fecit, ut in premissis de benignita-
te et auctoritate Apostolica providere et indul-
gere dignaremur. Nos igitur, qui Regem de
Religione Catholica meritissimum plurimum faci-
mus, magnoque in honore habemus, et funda-
tionem hujusmodi ad eternam Christianifidelium
salutem procurandam maxime profuturam con-
fidimus, previa Rescripti, ut premittitur, tum
dicte Congregationis Cardinalium, tum nostri,
atque etiam quarumcumque Apostolicarum in

simili forma Brevis Literarum fortasse desuper ex-
peditarum revocatione, Apostolicum quoque nostrum
pro dicta fundatione beneplacitum interponentes,
Fraternitati Ius, omnes et singulas facultates pro
ipsa fundatione juxta tua ac Civium vota precesque
et Laudatum Regium Decretum inchoanda, prove-
henda ac perficienda necessarias et opportunas,
tenore presentium Apostolica auctoritate tribui-
mus et impertimus. Decernentes ipsas presentes
Literas firmas validas et efficaces existere et fore,
suosque plenarios et integros effectus sortiri et ob-
tinere, Tibique in omnibus et per omnia plenissi-
me suffragari, et ab illis, ad quos spectat, et pro
tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter
observari debere, sicque et non aliter in premissis
per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos,
etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores ju-
dicari et definiri debere, ac irritum et inane, si
secus super his a quoquam quavis auctoritate
scienter vel ignoranter contigerit attentari.
Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus

Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque .
 Datum Romae, apud Sanctam Mariam Majorem
 sub annulo Piscatoris die XXIX. Aprilis
 MDCCLI. Pontificatus nostri Anno Unde-
 cimo : Cajetanus Amatus : Nuper vero pro par-
 te Laudati Ferdinandi Regis Catholici Nobis expo-
 situm fuit, quod etsi idem Didacus Episcopus, atten-
 tis omnibus et singulis sibi commissis, et facultatibus
 necessariis et opportunis ad effectum, prout
 in preinsertis Literis continetur, ipsi per Nos im-
 pertitis, die vigesima nona mensis Maji proxi-
 me elapsi ad executionem fundationemque Collegii
 sive Domus, in qua Presbyteri alique Ministri
 memorate Societatis Jesu residere deberent, jam
 processerit, et Cappellam sive publicum Oratorium
 aperuerit, atque alia acta ad rem hujusmodi spe-
 ctantia fecerit; hec omnia tamen non nisi sub
 nonnullis conditionibus facta, actaque intelligen-
 rentur. Conditiones autem sunt tenoris sequen-
 tis = *Condizioni della Fondazione del Collegio della*
Compagnia di Gesù nella Città di Vittoria = =

I. Che i P. P. o Religiosi della Compagnia di Gesù del Collegio o sia Casa di residenza della Città di Vittoria, o loro Superiori non possano comprare ne per se, ne per mezzo di altri per il medesimo Collegio, o Casa terre, ne altri Beni stabili nella d. Città, e nemeno nel suo Distretto, Territorio e Luoghi di sua giurisdizione. II. Che se per qualsivoglia Legato, donazione, cessione o altra maniera, benché fosse con qualche destino o opera pia del loro Istituto e Ministero acquistassero alcuni Beni stabili in questa Città, o sia ne Luoghi, Territorio e Giurisdizione della medesima, i P. P. restino obbligati a vendere d. Beni a Secolari fra quattro anni al più. E se altrimenti facessero, la Giustizia di d. Città possa di propria autorità vendere, precedendo però l'assa di Veriti da nominarsi dalla Città e Collegio, e in caso di discordia di un terzo da nominarsi dalla detta Giustizia, procedendo ancorai bandimenti e le oblationi, così che resti al migliore Oblatore, dovendosi fare le Scritture di vendita necessarie dalla d. Giustizia, e anche

- 62

mettere in possesso il Compratore. E unicamente potranno acquistare dentro l'accennata Città quelle Case o Siti, che sieno necessarie all'edificazione di d. Collegio, abitazione e Chiesa, come anche un Orto competente dentro i muri del Collegio, o Casa di residenza, ed egualmente possano acquistare fuori di detta Città una Trancia di ricreazione di dieci gioghi di terra. III. Che per parte della detta Religione, e suoi Legitimi Superiori si abbia a rinunciare qualsivoglia diritto, o azione, che possano avere, se qualcuno ne hanno, al Legato che lasciò loro Baldassarre Archaballetta per fondare in detta Città un Collegio della Compagnia di Gesù, ed quale per non essersi potuto eseguire ne conseguire, fu applicato alla Confraternita, o Congregazione della Madonna del Rosario, ad effetto di dotare Orfanelle, secondo la disposizione e sostituzione fatta da detto Baldassarre a tale effetto nel suo Testamento di modo che sopra questo particolare non possano essere ammessi in giudizio, ne in alcun Tribunale, ne

Eclesiastico nel Laico . IV. Che per la fermezza e
validità di tutto l'accennato si debba ottenere li-
cenza ed approvazione del mt^o Rev^o Preposito
Generale, come anche l'approvazione e conferma
Apostolica in quella parte, nella quale possano le
condizioni essere gravose alla libertà ed immuni-
tà Ecclesiastica . V. Atteso che nelle condizioni
proposte dalla Città a Sua Maestà Cattolica niente
si parla in ordine alle Decime colla supposizione,
che non potendo acquistare non si poteva decima-
re; e atteso ancora, che quando la detta Religio-
ne e Collegio dovesse pagare [senza pregiudizio
de suoi privilegj di esenzione dalle Decime] fa-
rebbe facilmente concordia con li Capitoli e Chie-
se in una quantità, dalla quale ne risultasse
poco, o menomo pregiudizio agli interessati nelle
dette decime, e ciò per evitare occasioni di liti, e
differenze nel futuro, come anche la necessità di
concordarsi sopra il medesimo; il Vescovo sudetto
nell'informazione fatta a Sua Maestà su questo
affare ritrovandosi consapevole della concordia

fatta fra la Chiesa Cattedrale della Calzada, ed il Collegio della Compagnia di Gesù della Città di Logroño sopra la quota, che dovea pagare e decimare questo Collegio de i beni, che di nuovo acquistasse: Sua Signoria^{ria} Altra mise per condizione, che si debba osservare la detta concordia per quello che riguarda il Collegio da fondarsi in Vittoria, cioè che dei beni da acquistarsi da oggi in avvenire, tanto semoventi, come sono i bestiami, i quali non sono espressi nella proibizione di non acquistare, quanto stabili in quei quattro anni, che possono essi godere, e vengono assegnati per termine dell'alienazione e vendita nei termini e Luoghi di detta Città e sua giurisdizione, o sia di quei beni che possa acquistare detto Collegio in tutto il Distretto di questo Vescovato in tutta quella roba, che secondo la giusta consuetudine di ogni Luogo si deve pagar decima, dovrà pagare e pagherà detto Collegio alla Chiesa e Capitolo rispettivo uno per quindici senza lite, domanda ne controversia, e aneora senza che possa suffragargli nell'avvenire in

nessun luogo di questo Vescovato qualsisia possesso con-
trario, o altra distinta concordia pregiudiziale al
qui espresso per il Vescovo, come Paroco universa-
le di tutto il Vescovato. E all' adempimento di
queste condizioni potrà detto Collegio di Vittoria
essere forzato esecutivamente nel Tribunale
ordinario del Vescovo, e del suo Vicario Generale,
e de suoi Successori, non solo per parte della
Città di Vittoria, o qualsivoglia Capitolo Ecclesia-
stico della sudetta, ma ancora egualmente per
qualsivoglia Cittadino particolare = Quoniam
autem idem Ferdinandus Rex Catholicus cupiens,
ut quantocius eadem fundatio omnibus nume-
ris absolveretur, dilectum Filium Religiosum
Virum Ignatium Vicecomitem sepe dictae Socie-
tatis Jesu Prepositum Generalem de eisdem
conditionibus, ceterisque ad hoc negotium perti-
nentibus, atque hactenus factis gestisque cer-
tiorum factum, ac plenissime edoctum requisi-
vit, ut juxta regium suum desiderium ipse quo-
que Ignatius Prepositus Generalis fundatio-

-8-

nem hujusmodi sub iisdem conditionibus inceptam
acceptaret, suumque assensum preberet, quem-
admodum idem Ignatius Prepositus Generalis
per procure, mandatum acceptavit, suumque
prestitit consensum ea tamen lege, ut Apostoli-
ca a Nobis et hac Sancta Sede in iis, in quibus
conditiones preinserte, quodcumque prejudicium
sive libertati Ecclesiasticæ, sive privilegiis, in-
dultis Institutoque sue Societatis afferre possent,
dispensatio, atque insimul Apostolica confirma-
tio impetraretur, et dummodo imposterum hu-
jusmodi negotium ita, ut premittitur, actum
gestumque non transiret in exemplum, neque
aliquid vel minimum eidem sue Societati im-
portaretur detrimentum, quemadmodum suis
ipsius Ignatii Prepositi Generalis mandatis
Delegatus in omnibus, ut premittitur, obtempe-
rans se gessit, nec aliter fundationem accepta-
vit die XXII. mensis Septembris proxime
elapsi coram eodem Episcopo Calaguritano, ejus-
que possessionem adivit. Canonter pro ejusdem

Ferdinandi Regis (Catholici parte) Nobis nuper iterum
supplicatum fuit, ut in premissis opportune indul-
gere et dispensare, atque eadem omnia et singula
Apostolica auctoritate confirmare dignaremur.
Nos itaque piis ejusdem Ferdinandi Regis votis
supplicationibusque obsecundantes, previa omnium
et singularum rerum, super quibus Apostolica no-
stra dispensatio requiri possit, ad effectum in pre-
missis contentum dispensatione, omnia et singu-
la premissa ad eundem effectum spectantia tam
die vigesima nona mensis Maji, quam die vige-
sima secunda mensis Septembris, ut prefertur,
quomodolibet acta, gesta, conventa et acceptata,
tenore presentium approbamus, et Apostolica
auctoritate nostra confirmamus, et inviolabili
Apostolice firmitatis patrocinio munimus, sanan-
do et supplendo omnes et singulos juris et facti
defectus, si qui, vel qui reipsa intervenerint, vel
intervenisse dicantur. Decernentes eandem
presentes Literas, et in eis contenta quecumque
firma, valida et efficacia existere et fore, suosque

plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere de-
 bere, et illis, ad quos spectat, et pro tempore quan-
 documque spectabit, plenissime suffragari, sicque
 et non aliter in premissis per quoscumque Iudices
 Ordinarios et Delegatos, etiam Causarum Palatii
 Apostolici Auditores, S. R. E. Cardinales, et Apostoli-
 ce Sedis Nuntios, et alios quoslibet quacumque
 auctoritate et potestate fungentes et functuros,
 sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judi-
 candi et interpretandi facultate et auctoritate,
 judicari et definiri debere, ac irritum et inane,
 si secus super his a quoquam quavis auctori-
 ta- te scienter vel ignoranter contigerit attentari.
 Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationi-
 bus Apostolicis, dicteque Societatis Jesu etiam jura-
 mento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir-
 mitate alia roboratis statutis et consuetudini-
 bus, privilegiis quoque, indultis, et literis Aposto-
 licis in contrarium premissorum quomodolibet
 concessis, confirmatis et innovatis, ceterisque
 contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut

earundem presentium literarum transumptis seu
exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii
publici subscriptis, et sigillo persone, in dignitate
Ecclesiastica constitute, munitis, eadem prorsus
fides in iudicio et extra adhibeatur, que ipsiis
presentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel
ostense. Datum Rome apud Sanctam Mariam
Majorem sub annulo Piscatoris die XXVII. No-
vembrii MDCCLI. Pontificatus Nostri
Anno Duodecimo =



Cajetanus Amatus

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded.

